Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ph I o S'.II.

sanatis. nõ ut nos probati pareamus. sed ut nos quod bonum est facatis. nos aũt ut reprobi simus. Nõ enim possumus aliquid aduersus ueritatem. sed pro ueritate. Gaudemus enim quando nos infirmi sumus. nos aũt potentes estis. Hoc et oramus uestram consummacõem. Ideo eĩm ĩ absens scribo. ut presens nõ durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in edificacõnem et nõ in destrucõem uestram De cetero fratres gaudete. Perfecti estote. exhortamini. id ipsum sapite. pacem habete. et deus dilectionis et pacis erit uobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gracia domini nostri ihesu cristi. et Caritas dei et cõmunicacõ sancti spiritus sit cum omnibus uobis Amen.

Incipit prologus in Epistolam pauli ad Galatas

Galathe sunt greci. Hui uerbum ueritatis primum ab apostolo acceperit. sed post discessum eius temptati sunt a falsis apostolis. ut mosem et circumcisionem uerentur. Hos reuocat apostolus ad fidem ueritatis. scribens eis ab epheso.

Incipit Epistola pauli ad Galathas.

Paulus apostolus non ab hominibus. neque per hominem. sed per ihesum cristum et deum patrem qui suscitauit eum a mortuis. et qui mecum sunt omnes fratres ecclesiis galathie. Gracia uobis et pax a deo patre et domino nostro ihesu cristo. qui dedit semet ipsum pro peccatis nostris. ut eriperet nos de presenti seculo nequam secundum uoluntatem dei et patris domini nostri cui est honor et gloria in secula seculorum amen. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit ad graciam cristi ihesu in aliud euangelium. quod non est aliud nisi sunt aliqui qui uos conturbant et uolunt conuertere euangelium cristi. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet uobis preter id quam quod euangelizauimus uobis anathema sit. Sicut predixi et nunc iterum dico. si quis uobis euangelizauerit preter id quod accepistis anathema sit. Modo enim hominibus suadeo. aut deo. aut quero hominibus placere. Si adhuc hominibus placerem xpi seruus non essem. Notum enim uobis facio fratres euangelium. quod euangelizatum est a me. quia non est secundum hominem. neque enim ab homine eo accepi illud neque didici. sed per reuelacõem ihesu cristi. Audistis enim conuersacõem meam aliquando in iudaismo. quoniam supra modum persecutus sum ecclesiam dei. et expugnabam illam. et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo. habundantius emulator existens paternarum mearum tradicõnum